



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

126. An licitum sit invitare ad cœnam paratum frangere ieunium? Et hæc  
est communis plurimis materiis. Et an Confessarius accipiens plurimum  
confessiones in peccato mortali, unum tantum peccatum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

emendo peccare, non peccat vendendo licet vel publice, vel secreto vendat. Ita Fagundez *Præcept. 4. l. 1.*  
*c. 10. n. 10.* & alij aduersus Reginaldum *tom. 1. lib. 4.*  
*c. 16. n. 102.* Secundo infertur, quod sicutus, & ancilla, qui conidunt, & porrigit cibos, & mensam heris non ieiunantibus sternunt, mensaque ministrant, nullius culpae participes efficiuntur. Ita Azorius *p. 1. lib. 7.*  
*c. 1. g. 1. & p. 1. l. 12. c. vlt. q. 5.* Villalob. *vbi sup.* Caicani *2. c. 1. q. 147. art. 4.* & alij.

## RESOL. CXXVI.

*Aliud est inuitare ad cœnam proutum frangere ieiunium?*  
*Et haec ratio est communis plurimis materiis.*  
*Et si Confessarius accipiens plurimis confessiones in peccato mortali, unum tantum peccatum committat, an plora?*  
*Hoc dicendum est de illo, qui in peccato Communionem omnibus ministrit?* Ex p. 5. tract. 7. Rcf. 7.

**N**egatiuam sententiam docet Turr. *tom. 1. in c. 1. l. disp. 95. dub. 6.* Vasq. *opusc. de scandalo, quib. 4. art. 1. dub. 3. num. 17.* quia ex opinione affirmativa lequeretur licitum esse inuitare ad fornicationem, aut homicidium eum, qui paratus est alias fornicari, aut occidere, & reuera alibi fornicaturus est, aut occisurus. Similiter etiam licet hominem paratum non audiire Missam die festo inuitare, ad lucum, & eo ludo ipsum detinere ne audiat Missam, dummodo nihil horum sit intentione ruina proximi, sed tantum ut propria satisfactio voluntati, nam sicut ille, qui inuitat ad cœnandum in hoc loco & tempore, inuitat ad actum cui coniungitur malitia hic & nunc, aut latenter si non inuitat ad actum simpliciter, sed ut sit determinatus actus in hoc loco & tempore, & ideo non peccat. ex sententia Caetani: eadem ratione licet et inuitare hominem paratum fornicari, aut occidere ut fornicetur in hoc loco, & cum hac malicie, & occidat hunc hominem in hoc loco, & hoc tempore, si alium occisurus erat, vel cum alia fornicaturus. Si aliquis respondeat in hoc casu, non tantum hominem inuitari ad locum & tempus, sed etiam ad cœnum, quia signatur alia materia, idem omnino dicendum est de eo, qui inuitat paratum ad cœnandum, quia dum ipsum inuitat, non solum signat tempus & locum, sed etiam aliam materiam cœne. Secundo, quia reuera ab omnibus censetur homicida & irregularis quicunque hominem paratum occidere inuitat ad occidendum in hoc loco & tempore, etiam tandem per sonam, quam occisurus erat, quia hoc ipsis quod consilio suo variatur tempus, & locus, variatur, etiam substantia homicidij: nam aliud homicidium est, quod hic & nunc committitur, quam homicidium quod alio loco & tempore committeretur, & in universum omnes cooperatores alicuius damni obligantur ad restitutionem, & rei sunt peccati quotiescumque consilio suo fuere causa, ut damnum quod alias infendunt erat, citius, aut velocius, aut alio loco, aut alio modo committatur, qui variato quocumque modo variata substantia operationis, & hoc est communis omnium DD. doctrina in materia de restituione & irregularitate. Tertiò, si aliqua ratione excusat, tunc inquitur alias paratum ad cœnandum, non minus excusat, si alias cœnaturus esset, quam si cœnaturus non esset, nam quotiescumque aliquis excusat a cooperatione peccati alterius, ex eo tantum excusat, quia ille alias paratus erat ad faciendum, et si facturus non esset, vt videbimus, ergo eodem modo

excusaretur qui inuitat ad cœnandum, si inuitatus alias cœnaturus non erat ac si cœnaturus esset. Quarò, ratione à priori id probatur, quia ille, qui inuitat ad peccandum, non semper ideo peccat, quia directè intendat ruinam proximi, sed quia suadet aliquem actum talis loco & tempore, ex quo sequitur malitia contra preceptum ieiunij, ergo non licet ad talem actum inuitare, inuitando autem ad cœnam, non tantum inuitat ad circumstantiam illius, hoc est, ad locum, & tempus, sed etiam ad ipsum actum. Et hanc opinionem docet etiam Basilius Pontius *de matrim. l. c. 18. §. 7. n. 48. vbi sic ait.* Non licet inuitare ad cœnandum tempore ieiunij eum, qui paratus est cœnare, quia cum illo actu tali loco & tempore inseparabiliter est coniuncta malitia: ergo, &c.

2. Vrum his non obstantibus affirmariam sententiam tenet Hurtado de Mend. *in 2. 2. disp. 173. sett. 12. § 154.* vbi sic ait. Homini parato ad actum malum, illumque, vel alium similem facturo, tametsi à me non inuitetur, licet proponere occasionem, qua illum faciat, & ab eo petere ut faciat, e.g. Antonius est violatus legem ieiunij, de quo ego sum moraliter certus, possum ex occasione gravi illum inuitare ad meam cœnam, ita tamē ut ipsi constet quid à me petit, non absolute, quasi absolutè velim ne ieiunet, sed ex hypothesi quod ipse velit non ieiunare, & quod independenter à mea petitione est non ieiunaturus. Ita Caic. *2. 2. q. 147. art. 4. in fine.* quamvis autem agat de solo ieiunio, ratio communis est pluribus materiis, Ita ille, & ante illum Bonac. *de leg. disp. 1. q. 4. punct. 2. n. 35.* Azor. *tom. 2. l. 12. c. 18. q. 4.* & ratio est, quia potest occurere honesta causa illum inuitandi. Etenim illa inuitatio non est causa peccati interni, iam enim ponitur illud esse cōmissum. Neque est conditio sine qua ieiunium non violatur externe, iam enim ponitur illum alibi cœnaturum. Est igitur tacitum oblatio materia, quā ille possit cligere ex suppositione, quod sit absolute cœnaturus. Hæc oblatio non est simpliciter mala nec ex se; inuitatio enim ad cœnam secundum se nulli opponitur legi. Consilium autem ut cœnet apud me, non est absolutum, sed conditionatum; ad illud autem consilium possum ego moueri honestè multis rationibus. Nam si nulla est causa, erit peccatum eum hominem inuitare ad cœnam, etiam sub conditione: at non est opus ut causa sit multum gravis. Sufficit enim, v. g. timere fracturum ieiunium alibi cœnaturum cibos noxios, vel ne inurbanus existimetur, possum etenim in his & similibus casibus dicere, Si tu vis alibi cœnare, ego tibi dabo cœnam. Ad argumenta vero quia superioris adduxit Vasquez contra hanc sententiam, ad omnia respondet Hurtado *§. 162. & seq.* Dicendum est igitur absolute non licere aliquem inuitare ad illos actus, quantumvis aliquis sit ad illos paratus, & hæc est doctrina communis ipsorum, etiam Caetani & Nauarri. At vero inuitatio conditio non potest semper esse damnata; quia si Antonius debeat necare hodie Franciscum, neque possum ego id impetrare, possum consulere Antonio, ne illum hodie, sed cras occidat, ex suppositione, quod illum sit occisurus, ut ea procrastinatione cœsulam vita Francisci. Nec potest dici me fuisse causam, ut cœnas occideretur Francis. Item si decernit illum occidere in hoc loco, possum illi consulere, ut illum occidat in alio distantiori, ut eo brevi tempore protrahatur vita Francisci, ut mutato loco per temporis dilationem, aut alias causas forte fortuna Francisco prouideatur. Teneor enim id confidere ex ea suppositione. Item si Antonius velit illum occidere domi meæ, possum illi dicere, si illam es occisurus occidas extra domum. Item si Antonius est certus ire ad fornicandum cum feminâ illi consensura, nisi alia feminâ

## Tractatus Sextus

274

femina illi sit praesul, possum ego illi dicere, Si peccatus es cum altera est duabus, pecca cum hac quia licet sit aequaliter peccatum cum alterutra, tamen possunt multa supponi cause, quibus ego honeste possum & debeam id facere. Si enim alia femina sit mihi affinis, aut mihi sit turpis illius consensu, aut plura ego mala timeam ex peccato viuis, quam ex alterius, aut Antonius iratus ad querendum ali amit occidens, cur ego non potero ci dicere, vt si peccatus est cum altera est duabus, peccat cum hac? Idem dico de homicidio; si enim ille certus sit occidere alterum est duobus, alter vel sit meus amicus, aut consanguineus, cur non potero dicere illi, Nec hunc occidas, sed si quidem occidurus es, occide hunc, & non alium? Si vero ille non decrevit occidere alterum est duobus, sed tantum unum, nihil cogitans de alio, non possum ego representare simul, & persuadere alij, de quo non cogitat.

3. Quid ego sentiam in hac questione dicam breuiter. Prima sententia est probabilior, & illam prater DD. citatos vbi sapr. tenet Castrus Palau tom. 1. tr. 6. disp. 6. punct. 9. n. 4. Suarez de charitate, disp. 10. sect. 3. n. 1. & sect. 4. n. 5. & alij. Secundam sententiam Hurtado puto etiam probabilem esse & tutam in praxi; & idem non recte Vasquez vbi sapr. dixit carere probabilitate; & illam prater Hartadum tenet Doctores, quos ego ipse citavi, & secutus sum in part. tract. 9. ref. 3. 8. Vnde immerit & parum religiose Religiosus quidam olim contra me falsam hanc sententiam vocavit, ad cuius audaciam compescendam iterum hanc questionem pertractare decreui.

4. Dixerunt etiam milii eundem Religiosum falsam vocasse aliam opinionem, quam ego olim probabilem esse dixi, nempe Confessarium accipiente plurius confessiones in peccato mortali, unum tantum peccatum mortale committere; & idem etiam hic adnotare visum est mihi supradictam sententiam, ut probabilem, non solum docere Henriquez, Rodriguez & Fagundez alibi à me citatos, sed etiam Philippum de la Cruz, en su Norte de Confessores, tr. 1. §. 7. vbi sic ait. [El Confesor que en pecado confiesa muchos, tam poco tendra obligacion a numerar los que ha confesado, sino basta que diga, que estando en aquel estado confesado, y administrando el sacramento de la Penitencia; lo mismo se ha de decir, del que estando en mal estado dà la Comunion, que fuerá del pecado que haze en decir Misa en defigracia de dios; no comete mas de otro pecado, aunque de la Comunion a infinitas personas, porque aunque parecen distintos actos, son solo uno ordenado a un obiecto: así lo sienten Enriquez y Manuel Rodriguez, que se apartan de la opinion de Siluestro, que afirma lo contrario; ni obstante el decir que son distintos actos los que comete uno desfriando a muchas mugeres, o al contrario una desfriando muchos hombres, y tenga para cada uno su voluntad de ofender a dios, ni el que agua da a una calle a muchos, y los va matando; pues este tantas quantas veces mara, tantas injusticias distintas haze, y la orra o otro que tienen voluntad deshonesta, y en mala parte; pues esto no solo se ordena a la entidad, si no tambien a la malicia, siendo como son distintas.] Ita ille, licet probabiliter etiam alij contrarium assertant; quos Theologaster, de quo loquimur, tantum legerat,

Quæ est Re  
sol. antece  
dens, & in  
alii eius  
primæ an  
nor.

Alibi in  
tom. 1. tr. 7.  
Refol. 42.  
& 25. §. Nec  
obstat, & in  
multis alii  
eius anno.

Sup. hoc in  
tom. 2. tr. 1.  
Ref. 25. & in  
multis aliis  
eius not.

[El Confesor que en pecado confiesa muchos, tam poco tendra obligacion a numerar los que ha confesado, sino basta que diga, que estando en aquel estado confesado, y administrando el sacramento de la Penitencia; lo mismo se ha de decir, del que estando en mal estado dà la Comunion, que fuerá del pecado que haze en decir Misa en defigracia de dios; no comete mas de otro pecado, aunque de la Comunion a infinitas personas, porque aunque parecen distintos actos, son solo uno ordenado a un obiecto: así lo sienten Enriquez y Manuel Rodriguez, que se apartan de la opinion de Siluestro, que afirma lo contrario; ni obstante el decir que son distintos actos los que comete uno desfriando a muchas mugeres, o al contrario una desfriando muchos hombres, y tenga para cada uno su voluntad de ofender a dios, ni el que agua da a una calle a muchos, y los va matando; pues este tantas quantas veces mara, tantas injusticias distintas haze, y la orra o otro que tienen voluntad deshonesta, y en mala parte; pues esto no solo se ordena a la entidad, si no tambien a la malicia, siendo como son distintas.] Ita ille, licet

probabiliter etiam alij contrarium assertant; quos Theologaster, de quo loquimur, tantum legerat,

### RESOL. CXXII.

\* Sup. prima \* An Cauponcs, seu tabernarij proponentes cenan in die difficile, huius ieiunij omnibus indiferenter, peccent mortaliter? tit. in tom. 7. tr. 1. Ref. 67. Sed difficultas est, quando dubitant, vel credunt alterum & vlt. ad lin. à ieiunio non excusari: Ex part. 1. tr. 9. Ref. 59.

§. 1. Vando probabiliter credunt, illos excusari à ieiunio, posse tales cibos ministrare parat Philarchus de off. Sacerd. tom. 1. pars. 2. lib. 3. cap. 15. & alij: inquit, quando dubitant; qui sum non est hoc discutere, vnuusquisque presumitur bonus. Ita Reginaldus in praxi, to. 1. l. 4. c. 16. num. 200. Valentia 10. 3. l. 1. diff. 9. q. 2. punct. 3. Vnde non tenentur eos interrogare de hoc; an, scilicet, habeant causam: quidquid in contrarium assertat Lessius 1. 4. c. 2. dub. 4. n. 24. & Filliac. 10. 2. tr. 27. p. 2. cap. 5. n. 93. vt optimè contra illos notavit noster Molanus in sum. to. 1. tr. 10. c. 5. n. 30. & Sanchez, in sum. to. 1. l. 1. c. 7. n. 34. cum Homobono, vbi infra.

2. Tota igitur difficultas est, quando credunt, alterum à ieiunio non excusari. Prima opinio affirmat, tales peccare mortaliter: ita Toletus in sum. 1. 6. cap. 3. Fernandez in exam. Thes. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 2. Navarrus Man. cap. 21. n. 16. Gabriel in 4. diff. 16. 4. art. 3. dub. 6. Medina, & alij. Secunda opinio negat: ita Ledesma in sum. tom. 1. tract. 27. cap. 2. concl. 6. diff. 4. fol. mibi 69. vbi sic alescit: [Si fabiendis que algunos tienen determinacion de quebrar el ayuno, ó comer carne, no pecan los mesoneros, ministrandoles semejantes manjares: esto enseñan communmente los Doctores. La razon es, porque en tal caso los mesoneros no concurren al quebrantamiento del ayuno, pues ellos estan determinados de quebrantarlo, ó comer mejor contrario. Aduiertase que en tal caso, no tienen obligacion a negar a los huéspedes comer, por via de correction fraterna; porque de ordinario los mesoneros no pueden corrigir a los huéspedes que pasan, particularmente siendo gente autorizada, y tambien que si les niegan los manjares, los hallaran en otros medios, ó en otras partes, por lo qual no tienen semejante obligacion.] Ita ille: & pro hac sententia Sanchez, citu Salonium, Martinum Ledesmar, Rodriguez & alios, & nouissime illam docet Homobonus de exam. Ecclesi. p. 8. cap. 7. q. 12. & Faustus in thes. Relig. 1. 9. 10. num. 3. 8.

3. Tertia opinio distinguunt. Vel capuo potest, sine incommode notabili, negare supradictis canam; vel non potest: si non potest, non tenetur; si potest, tenetur, quia ex charitate obligatur impedire offenditum Dei, quantum commode potest. Sed etiam in tal case, si supradicti essent alio ituri, & cenari, potest probare illis cenan; quia peccatum non potest sic impediri: & ita sentit Filliac. tom. 2. tract. 27. p. 2. cap. 5. num. 93. Lessius 1. 4. cap. 2. dub. 4. num. 24. Sanchez, in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 5. & alij.

4. Omnes istæ tres sententias sunt probables: sed secunda magis mihi placet, & in praxi quasi tempore sustinenda videtur: quia, moraliter loquendo, vi identem Sanchez, obstat, tabernarij, & capones dicti nunquam ob hanc causam peccabunt mortaliter quia, etiam si tales cibos; & cenan non ministrant, alibi hospites sunt empturi, aut cenaturi. Deinde, confluentes ad eos communiter sunt viatores, operari, aur pauperes; & idem probabiliter possunt existimare, hos habere causam frangendi ieiunium. Et licet apud ipsos etiam confluentis viri nobiles, & deperire vita; tamen non tenentur illis denegare cenan: quia, cum capones sint infirmæ sortis, & illi effrenata lingua, iniurias, & contumelias eos afficiunt: & quod magis vi faciunt. Ad hæc, si tali pacto cum confluentibus ad eorum tabernas tractarent, pauci ad illas confluissent; & sic notabile detrimentum in bonis sustinerent. Igitur ex his Confessarius dictis tabernariis scrupulos non iniiciat; sed illos absolutat.

In indice primo huius Tom. 4. Vide Appendicem ad hunc Tract. 6. vbi inuenies alias multas quæst. missas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 6. de ieiunio.

TRACT.